

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Leodiense Avctoritate Innocentii Papae indictum, quo  
Halberstadensis episcopus pristino honori restituitur, & antipapa Anacletus  
condemnatur, anno Domini MCXXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI  
1131. Rhemis habito presente Francorum rege Ludouico, filius eius Ludouicus  
in regem consecratur a papa Innocentio, octavo Kalendas Nouembris:  
paucis enim diebus antequam hæc Synodus celebraretur, Philippus  
regis filius, nuper in regem inunctus, equi fortuito casu decidens ma-  
gno omnium luđtu in pœnam sacrilegi patris, iuxta vaticinium sancti  
Bernardi, occisus fuerat. Concilio Rhemensi, inquit Dodechinus in ap-  
pendice ad Marianum, presedit Innocentius papa, XIV. Kalendas No-  
uembris, presente Ludouico rege Francie, cuius filium adbuc parvulum  
regem consecravit. Hæc Dodechinus.

CONCILIVM LEODIENSE

A VCTORITATE INNOCENTII PAPÆ  
indictum, quo Halberstadiensis episcopus pristino ho-  
nori restituitur, & antipapa Anacletus condemnatur,  
anno Domini MCXXXI.

NOTÆ.

<sup>a</sup> Concilium. ] Anno Domini 1131. inquit abbas Stadenis in chrono-  
co, Conuentus apud Leodium agitur, in quo Otto Halberstadiensis epi-  
scopus ab Innocentio papa pristino honori restituitur. Otto Frisingensis  
cap. 18. lib. 7. de eadem Synodo ista dumtaxat scribit: Apud Leodium  
Belgie urbem Synodum episcoporum conuocans, regem Lotharium ad  
defensionem sanctæ Romanae ecclesie inuitauit. Ibidem vna cum Lotha-  
rio totius regni archiepiscopos, episcopos, duces, marchiones & pa-  
latinos comites congregatos fuisse, aduenientemque illuc pontificem  
magnifice exceptum, ad tyrannidem apostolicæ sedis inuasorum com-  
primendam cum promissione imperialis coronæ auxilium petiuisse, &  
impertrasse, Dodechinus & abbas Urspergensis verbis fere iisdem de-  
scribunt.

Causa &  
acta Con-  
ciliis.

Qui inter-  
fuerint.

Sugerius in vita Ludouici Crassi ponit occursum Lotharii Inno-  
centio papæ factum hoc eodem anno, sed ante Rhemensi Concili-  
um, atque his ipsum verbis describit: Visitando itaque Gallicanam,  
scut res exigebat, ecclesiam, ad partes se transfert Lotharingorum, ipse  
scilicet Innocentius papa. Cui cum imperator Lotharius ciuitate Leodii  
cum magno archiepiscoporum, & episcoporum, & Teutonici regni opti-  
matum collegio celeberrime occurrit, in platea ante episcopalem eccle-  
siam humillime seipsum stratorem offerens, pedes per medium sanctæ  
processionis ad eum festinat, alia manu virgam ad defendendum, alia  
frenum albi equi accipiens, tamquam dominum deducebat. Descen-  
dente vero tota statione eum subbrachiando deportans, celsitudinem  
paternitatis eius notis & ignotis clarificauit. Hæc Sugerius sancti Dio-  
nyssi abbas. Sed quæ ista sint secutæ inter Lotharium & Inno-  
centium pontificem contentiones & discordiæ, Bernardus Bo-  
nauallis abbas sic exponit: Sed velociter obnubilata est illa serenitas.

Concil. Tom. 27.

P

ANNO  
CHRISTI  
MCM

sequidem importune idem rex instituit, tempus habere se reputans opportunum, episcoporum sibi restitui inuestituras, quas ab eius predecessoro imperatore Henrico per maximos quidem labores & multa pericula Romana ecclesia vendicarat. Ad quod verbum expauere & expalluere Romani, grauius se apud Leodium arbitrati periculum offendisse, quam declinauerint Roma. Nec consilium suppeditabat, donec murum se opposuit abbas sanctus, Bernardus scilicet: audacter enim resistens regi verbum malignum mira libertate redarguit, mira auctoritate compescuit. Hæc ipse.

Petrus dia-  
conus, chro-  
nico Calvi-  
nenis lib. 4  
cap. 99.

Otto Fries-  
genensis, lib. 7.  
cap. 18.

Hic vides redargui mendacissimum Petrum diaconum Cassinensem, dum in gratiam eiusdem Lotharii, cui postea inhaesit, aduersus tam apertissimam veritatem de inuestituris affirmat eas ab Innocentio papa in eo Conuentu Leodiensi Lothario fuisse concessas, sic dicens: *Innocentius igitur Germaniam ingressus a Lothario rege iuxta Leodium excipitur, virgam ei & annulum antiquo ex more confirmans, & terram comitissę Mathilde condonans.* Hæc ipse Petrus, qui aduersus catholicum papam Innocentium una cum suis pro schismaticorum parte stetit ac laborauit. Sed in eo etiam mendax esse conuincitur, dum iuxta Leodium donationem terræ Mathildæ factam ab Innocentio asserit. Nam diploma pontificis de ea re conscriptum Romæ datum legitur. Suggestum tantum non exactum de inuestitura a Lo-

thario quod petierat Otto Friesingenensis affirmat.

## CONCILIVM MOGVNTINVM IN CAVSA BRVNONIS ARGENTINENSIS episcopi celebratum anno Domini MCXXXI. tempo- re Innocentii papæ II.

### NOTA.

\* *Concilium.*] Moguntiae habitum, inquit Dodechinus, anno 1131. præsente Lothario rege, præsidente Mattheo Albanensi cum Moguntinensi archiepiscopo; ubi Bruno Argentinensis episcopus, præfentibus Augustensi, Eifetense, Bambergense, Vvirzeburgense, Spirensse, Vvormantiense, episcopis, a clero & populo super violencia, intrusione, & consecratione impetus, in manus archiepiscopi & cardinalis Argentinensem resignauit episcopatum.

Bruno epi-  
scopus Ar-  
gentinensis  
relinquere  
coegerat.